

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS AMEN. Ad litigia precavenda, que cupiditas mater litium generat incessanter, cautum est et de consilio | sane providencie introductum, quod res geste recordacione digne scripturarum apicibus commendentur. Quapropter nos Theodericus dei gracia Thurin|gie lancravius universis presentem litteram inspecturis cupimus esse notum, quod Henricus de Iskerstede fidelis et ministerialis noster de pleno | consensu matris sue, omnium fratrum et omnium aliorum heredum suorum, quos tam de prima uxore sua habuit quam secunda¹⁾, et etiam de nostra licencia speciali pro XXVIII | marcis argenti vendidit . . decano et capitulo sancte Marie in Erfordia unum mansum situm apud Sulzbeche Superius annuatim solventem duo maldra hy|emalis annone, maldrum ordei et maldrum avene, item mansum et dimidium sitos apud Hirzin solventes annuatim octo modios hyemalis an|none Appoldensis mesure et tantumdem ordei et tres fertones argenti, et quod omnes fratres et omnes alii heredes sui, quicquid iuris in bonis predictis habu|erunt vel habere poterant quoquo modo, in manus nostras absolute^{a)} et simpliciter resignarunt; preterea, quod nos ad petitionem ipsius H(enrici) et eorundem heredum | suorum proprietatem et dominium prescriptorum bonorum transtulimus in ecclesiam beate Marie virginis supradictam sollempnitate debita et consueta in omnibus | observatis. Ut etiam indempnitati eiusdem ecclesie peramplius caveatur, contractum prescriptum auctoritate, qua fungimur, confirmamus et presentis | scripti patrocinio communimus. Testes huius rei sunt: L(utolfus) de Alrestede, Th(eodericus) dictus Leuinhoibit de Vipeche, Th(eodericus) de Vipeche domine | Margarete²⁾, H(enricus) camerarius de Vanre, H(enricus) de Libenstede, L(utolfus) de Stuterenheim, Hartungus de Erfa, Her(mannus) Stranz de Tullestede, | Fridericus de Druorde^{b)} senior, Thimo de Ecstede et alii quamplures. Acta sunt hec Mittelhusin in provinciali placito | nostro anno gracie M^oCC^oLVIII^o, undecimo kal. maii.

(SP.)

179.

Bischof Dietrich (II.) von Naumburg beendet seinen Streit mit Markgraf Heinrich von Meißen und dessen Söhnen (Albrecht und Dietrich) und schließt mit ihnen ein Bündnis zu gegenseitigem Schutz; er erklärt, dass beide Seiten die

178. a) [.] von erster Hand mit derselben Tinte zu o korrigiert A.

b) sic A.

1) Die zweite Frau Heinrichs von Isserstedt war eine Tochter Ludwigs von Mellingen und der Bertradis von Isserstedt, die dem Verkauf der Güter durch ihren Schwiegersohn (gener) ausdrücklich zustimmten; vgl. die von ihnen ausgestellte Urkunde mit Datum vom selben Tag bei Overmann, *UB der Erfurter Stifter I*, S. 207, Nr. 348 (aus Erfurt, Bistumsarchiv, St. Marien, Stift, *Urk. I*, Nr. 73).

2) Dietrich von Vippach-St. Margarethen (Wüstung bei bzw. aufgegangen in Vippachedelhausen, nw. Weimar, Thüringen); zur Lokalisierung des Ortes vgl. Overmann, *UB Erfurter Stifter I*, S. 685, Nr. 1215, und S. 688 f., Nr. 1221–1222, sowie hierzu Tettau, *Geschichtl. Darstellung*, S. 159; ferner Beyer, *UB Stadt Erfurt I*, S. 128, Nr. 207; S. 133, Nr. 214; S. 163, Nr. 260; Overmann, *UB Erfurter Stifter I*, S. 197 f., Nr. 335; S. 263, Nr. 444.